 qui dedit requiem populo suo israel: iuxta
 omnia que locutus est. **N**on cecidit ne unus
 quidem sermo: ex omnibus bonis que lo-
 cutus est per moysen seruum suum. **S**icut
 dominus deus noster nobiscum sicut fuit
 cum patribus nostris. non derelinquens nos
 neque proci-
 dens: sed inclinet corda nostra ad se
 ut ambulemus in uniuersis uisibus eius.
 et custodiamus mandata eius et ceremonias
 et iudicia: quecumque mandauit patribus
 nostris. **E**t sunt sermones mei isti quibus
 deprecatus sum coram domino. appropin-
 quantes domino deo nostro die ac nocte:
 ut faciat iudicium seruo suo et populo suo
 israel pro singulis diebus: et scient omnes
 populi terre quia dominus ipse est deus.
 et non est ultra absque eo. **S**icut quoque
 cor nostrum profectum cum domino deo nostro:
 ut ambulemus in decretis eius: et custodiamus
 mandata eius sicut et hodie. **I**gitur rex
 et omnis populus israel cum eo: immola-
 bant uictimas coram domino. **M**actauerunt
 salomon hostias pacificas quas im-
 molauit domino. bouum uiginti duo mi-
 lia. et ouium centum uiginti milia: et
 dedicauerunt templum domini rex et filii
 israel. **I**n die illa sanctificauit rex medi-
 atrum: quod erat ante domum domini. **F**ecit
 quippe holocaustum ibi. et sacrificium.
 et adipem pacificorum: quia altare est
 neum quod erat coram domino minus erat.
 et capere non poterat holocaustum et sacri-
 ficium et adipem pacificorum. **F**ecit ergo
 salomon in tempore illo festiuitatem ce-
 lebrem et omnis israel cum eo. multitudo

magna ab introitu emath usque ad
 riuum egypti coram domino deo nostro sep-
 tem diebus: et septem diebus: id est quor-
 decim diebus: et in die octavo dimisit
 populos. Qui benedicentes regi profecti sunt
 in tabernacula sua: letantes alacrique
 corde super omnibus bonis que fecerat deus da-
 uid seruo suo. et israel populo suo. **IX**

Factum est autem cum profecisset salo-
 mon edificium domus domini. et edi-
 ficium regis. et omne quod operauerat
 et uoluerat facere: apparuit ei dominus se-
 cundo. sicut apparuerat ei in gabaon.
 Dixitque dominus ad eum. Exaudiuim ora-
 tionem tuam et deprecationem tuam: quia
 deprecatus es coram me. Sanctificauim do-
 mum hanc quam edificasti: ut ponere
 nomen meum ibi. in sempiternum. Et erunt
 oculi mei et cor meum ibi: cunctis die-
 bus. Tu quoque si ambulaueris coram
 me sicut ambulauit pater tuus in sim-
 plicitate cordis et in equitate. et fe-
 ceris omnia que precepi tibi. et iudi-
 cia mea et legitima mea seruaueris:
 ponam thronum regni tui super israel in
 sempiternum: sicut locutus sum dauid
 patri tuo dicens. Non auferetur uir-
 de genere tuo. de solio israel. Si autem
 auersione animi fueritis uos et filij
 uiri non sequentes me. nec custodiende
 mandata mea et cerimonias quas
 posui uobis. sed abieritis et colueritis
 deos alienos et adoraueritis eos: au-
 feram israel de superficie terre quam dedi-
 cis: et templum quod sanctificauim nomini
 meo. priciam a conspectu meo. Eruntque
 israel in puerbum et in fabulam cunctis
 populis: et domus hec erit in exem-

plum. Omnis qui transierit per eam stu-
 pebit: et sibilabit. et dicet. Quare fe-
 cit dominus sic. terre huic et domui huic.
Et respondebunt. Quia dereliquerunt
 dominum deum suum qui eduxit patres eorum
 de terra egypti. et secuti sunt deos alie-
 nos. et coluerunt eos et adorauerunt:
 idcirco induxit dominus super eos omne
 malum hoc. **Expletis autem annis uiginti**
postquam edificauerat salomon duas
domos id est domum domini et domum regis.
 hyram rege tyri presentem salomoni
 ligna cedrina et abiegna et aurum
 iuxta omne quod opus habuerat: tunc
 dedit salomon hyram uiginti et oppi-
 da in terra galilee. **Et egressus est**
hyram de tyro ut uideret oppida que
dederat ei salomon: et non placuerunt
ei. **Et ait.** Hecine sunt ciuitates quas
 dedisti mihi frater. **Et appellauit eas**
terram chabul: usque in diem hanc. Mi-
 sit quoque hyram ad regem: centum
 uiginti talenta auri. **Hec est summa**
expensarum: quam obtulit salomon
rex ad edificandam domum domini. et do-
mus suam. et mello. et murum iherusalem.
et eser. et mageddo. et gazet. Pha-
rao rex egypti ascendit et cepit ga-
zet. succenditque eam igni: et chana-
neum qui habitabat in ciuitate inesse-
cit: et dedit eam in dotem filie sue. ux-
ori salomonis. Edificauit ergo salomon
gazer. et bechoron inferiorum. et baa-
lach. et palmiram in terra solitudi-
nis: et omnes uicos qui ad se pertinebant.
erant absque muro muniti. et ciui-
tates curruum. et ciuitates equitum: et
quodcumque ei placuit ut edificaret in

ihrlm. et in lybano. et in omni tra
 potestatis sue. Uniuersum pplm qui
 remanserant de amorreis. et etheis.
 et pherezeis. et euéis. et rebuséis.
 qui nō sunt de filijs isrl. hoz filios
 qui remanserant in tra quos scilicet
 nō potuerant filij isrl exterminare:
 fecit salomon tributarios usq; ad
 diem hanc. De filijs aut isrl. non cō
 stituit salomon seruire quēquā: s;
 erant uiri bellatores et ministri et.
 et pncipes. et duces. et pfecti cur
 ruium et equoꝝ. Erant aut pncipes
 sup omnia opa salomonis. prepositi
 qngenti quinquaginta: qui habebāt
 subiectū pplm. et statutis opib; im
 pabant. Filia aut pharaonis ascē
 dit de ciuitate dauid in domū suā:
 quā edificauerat ei salomon. Tunc
 edificauit mello. Offerebat quoq; sa
 lomon trib; uictib; p annos singulos
 holocausta et pacificas uictimas. su
 p altare qd edificauerat dño: et ado
 lebat thymiana coram dño. Pfectū
 q; est templū. Classē quoq; fecit
 rex salomon in abyngaber. que ē
 iuxta ahilam in litore maris rub.
 in terra ydumēa. Misitq; hyram ī
 classe illa seruos suos. uiros nauiti
 cos et gnaros maris: cū seruis salo
 monis. Qui cū uenissent ī ophir:
 sumptū inde aurū quadringentoz
 uiginti talentoz. detulerunt ad re
 gem salomonem. **X**

Sed et regina saba. audita fama
 salomonis: in noīe dñi uenit tēpta
 re eū in enigmatib;. Et ingressa ihrlm
 cū comitatu multo et diuicijs. came

lis portantib; aromata. et aurū infi
 nitum nimis et gēmas p̄ciosas. ue
 nit ad regem salomonē: et locuta ē
 et uniuersa que habebat in corde suo.
 Et docuit eam salomon: omnia ūba
 que posuit. Non fuit sermo q̄ posset
 regem latere: et n̄ responderet ei. **M**
 dens aut regina saba omnē sapiām
 salomonis. et domū quā edificauerat.
 et cibos mense ei. et habitacula ser
 uoꝝ. et ordines ministrantiū uestesq;
 eoz. et pincernas. et holocausta que
 offerebat in domo dñi: nō habebat
 ultra spm̄. Dixitq; ad regē. **M**eris ē
 sermo quē audiui in tra mea sup ser
 monib; tuis et sup sapiā tuā: et nō
 credebam narranti; m̄ donec ipa ue
 ni. et uidi oculis meis: et pbauī qd
 media pars m̄ nunciata nō fuerat.
Maior est sapiā et opa tua: q̄ rumor
 quē audiui. **B**eati uiri tui. et beati
 serui tui hy qui stant corā te semp;
 et audiunt sapiām tuā. **S**it dñs d̄s
 tuus b̄dictus cui complacuit: et po
 suit te sup thronū isrl. eo qd dilexe
 rit dñs isrl in sempiternū: et constituit
 te regem. ut faceres iudiciū et iusti
 ciam. **D**edit ḡ regi centū uiginti ta
 lenta auri. et aromata multa nimis.
 et gēmas p̄ciosas. **N**on sunt allata
 ultra aromata tam multa: quā ea
 que dedit regina saba regi salomoni.
Sed et classis hyram que portabat
 aurum de ophir: attulit ex ophir lig
 na thyma multa nimis. et gēmas
 p̄ciosas. **F**ecitq; rex de lignis thymis
 fulchra. **E**t domus dñi et domus re
 gie: et cytharas hyrasq; cantozib;.

Non sunt allata huicmodi ligna
 thyma neq; uisa: usq; in p̄sentē die.
 Rex autē salomon dedit regine saba
 omnia que uoluit et petiuit ab eo:
 exceptis hys que ultro obtulerat ei
 munere regio. Que reuisa ē: et abiit i
 tram suā cum secuis suis. Erat autē
 pondus auri qd' afferebatur salomōi
 p̄singulos annos sexcentoz sexagi
 ta sex talentoz auri: excepto eo qd'
 afferebant uiri qui sup uestigalia
 erant. et negociatores uniuersiq; scu
 ta uendentes. et om̄s reges arabie
 ducesq; t̄re. fecit quoq; rex salomon
 ducenta scuta de auro purissimo: sex
 centos auri siclos dedit in lamina
 facti unius: et trecentas peltas ex
 auro pbato. Trecente laminae auri:
 unam peltā uestiebant. Posuitq;
 eas rex: in domo saltus lybani. fe
 cit enā rex salomon thronū de ebo
 re grandem: et uestiuit eum auro
 fuluo nimis: qui habebat sex grad.
 Et sūmitas throni rotunda erat:
 in parte posteriori. Et due manus
 hinc atq; inde tenentes sedile: et
 duo leones stabant iuxta manus
 singulas: et duodeci leuiculi stan
 tes sup sex gradus hinc atq; inde.
 Non est factū tale opus: in uniu
 ersis regnis. S; et om̄ia uasa de qb;
 porabat rex salomon. erant aurea:
 et uniuersa suppellex domus saltus
 lybani de auro purissimo. Nō erat
 argentū nec alicui precij putabat
 in dieb; salomonis. Quia classis
 regis p̄ mare cū classe hyrā semel
 p̄ tres annos ibat in tharsis: defe

rens inde aurū et argentū. et dentes
 elefantoz. et simias et pauos. Ma
 gnificatus ē q̄ rex salomon sup os
 reges t̄re diuitis et sapia: et uniu
 sa terra desiderabat uultū salomōis.
 ut audiret sapiam eius quā dabat
 d̄s in corde eius. Et singuli defere
 bant ei munera: uasa aurea et argē
 rea. uestes et arma bellica. aroma
 ta quoq; et equos et mulos. p̄ an
 nos singulos. Congregauitq; sa
 lomon currus et equites: et facti
 sunt ei mille quadringenti currus.
 et duodeci milia equitū. Et disposu
 it eos p̄ ciuitates munitas: et cum
 rege in iherlm. fecitq; ut tanta eēt
 habundantia argenti in iherlm:
 quanta et lapidum. Et cedroz pre
 buit multitudinē: quasi hycomoros
 que nascūtur in campetrib;. Et edu
 cebantur equi salomonis: de egypto
 et de coa. Negociatores enim regis
 emebant de coa: et statuto p̄cio p̄
 ducebant. Egrediebatur autē qua
 druga ex egypto sexcentis siclis ar
 genti: et equus centū quinquaginta.
 Atq; in hunc modū: cuncti reges
 etheoz et hyrie equos uenūdabant.

Rex autē salomon ada
 mauit mulieres alienigenas
 multas: filiā quoq; pharaonis. et
 moabitidas. et amonitidas. ydu
 meas. et sydonias. et etheas. de gen
 tib; sup quib; dixit d̄s filius isrl:
 nō ingrediemini ad eas. neq; de illis
 ingredientur ad ūras. Certissime
 enim auertent corda ūra: ut seq̄mi
 ni deos eaz. Hys itaq; copulatus ē

salomon: ardentissimo amore. fueruntque ei uxores quasi regine septingente et concubine trecentae. Et auterunt mulieres cor eius. Cuius iam esset senex. deprauatum est cor eius pro mulieribus ut sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum domino deo suo. sicut dauid pater eius. **S**ed colebat salomon ashtarren deam sydomorum: et chamos deum moabitay: et moloch ydolum amonitay. fecitque salomon quod non placuerat coram domino: et non adimpleuit ut sequeretur dominum sicut dauid pater eius. Tunc edificauit salomono phanum chamos ydolo moab. in monte qui est contra iherusalem: et moloch ydolo filiorum amon. Atque in hunc modum: fecit uniuersis uxoribus suis alienigenis. Que adolebant thura: et imolabant dijs suis. Agitur iratus est dominus salomoni quod auersa esset mens eius a domino deo israel: qui apparuerat ei secundo et preceperat de uerbo hoc ne sequeretur deos alienos: et non custodiuit que mandauit dominus ei. Dixit itaque dominus salomoni. Quia habuisti hoc apud te: et non custodisti pactum meum: et precepta mea que mandavi tibi: dominus rumpens scindam regnum tuum: et dabo illud seruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam: propter dauid patrem tuum. De manu filij tui: scindam illud. Nec totum regnum auferam: sed tribum unam dabo filio tuo propter dauid seruum meum: et iherusalem quam elegi. Suscitauit autem dominus aduersarium salomoni. adad ydumeum de semine regio: qui erat in edom. Cum enim esset dauid

in ydumea: et ascendisset ioab princeps milicie ad sepeliendum eos qui fuerant interfecisti: et occidisset omnem masculum in ydumea: sex enim mensibus ibi moratus est ioab et omnis israel: donec interiret omnem masculinum in ydumea: fugit adad ipse et uiri ydumei de securis patris eius cum eo. ut ingrederetur egyptum. Erat autem adad: puer paruulus. Cuius surrexissent de madian: uenerunt in pharan. Tuleruntque secum uiros de pharan: et introierunt egyptum. ad pharaonem regem egypti. Qui dedit ei domum: et albos constituit: et terram delegauit. Et inuenit adad gratiam coram pharaone ualde: in tantum ut daret ei uxorem: sororem uxoris sue. germanam tafnes regine. Veniitque ei soror tafnes. genebath filium: et nutriuit eum tafnes in domo pharaonis. Eratque genebath habitans apud pharaonem: cum filiis eius. Cuiusque audisset adad in egypto. dormisse dauid cum patribus suis. et mortuum esse ioab principem milicie: dixit pharaoni. Dimitte me: ut uadam in terram meam. Dixitque ei pharao. Quia enim te apud me indiges. ut queras ire in terram tuam. At ille respondit. Nulla. **S**ed obsecro te: ut dimittas me. Suscitauit ei quoque deus aduersarium rason filium eliada: qui fugerat adadezer regem soba dominum suum. Et congregauit contra eum uiros. et factus est princeps latronum: cum interficeret eos dauid. Abieruntque damascum: et habitauerunt ibi: et constituerunt eum regem in damasco. Eratque aduersarius israel:

cunctis diebus salomonis. Et hoc est
malū adad: et celiū contra isrl. Reg-
nauitq; in syria. Jeroboam q; filius
nabath. ephratēus de sareda seruus
salomonis. cui mater erat nomine
seuā. mulier uidua. leuauit manū
contra regē. Et hec causa rebellionis
adūsus eum; qā salomon edificauit
mello. et coequauit uozaginē ciui-
tatis dauid patris sui. Erat autē ie-
roboam: uir fortis et potens. Videns
q; salomon adolēcentē bone indolis
et industriū: constituerat eū pfectū
sup tributa uniuēse domus ioseph.
Factum ē igitur in tempe illo ut ie-
roboam egrediretur de iherlm: et uie-
neret eū ahiās filonites ppha in uita.
optus pallio nouo. Erant autē duo
runcum: in agro. Apphendensq; ahi-
as palliū suū nouū quo optus erat:
scidit in duodecī partes. Et ait ad ie-
roboam. Tolle tibi decem scissuras.
Hec enī dicit dñs dñs isrl. Ecce ego
scindam regnū de manu salomonis:
et dabo tibi decē tribus. Porro una
tribus remanebit et ppter seruū me-
um dauid. et iherlm ciuitatem quā
elegi de omib; tribub; isrl: eo qd de-
reliquerit me. et adorauit astarten-
deam sydonoy. et chamos dñm moab.
et moloch dñm filioy amon. et n̄ am-
bulauerit in uis meis ut facerē iusti-
tiam corā me et pcepta mea et iudi-
cia. sicut dauid pater ei. Nec auferā
omne regnū de manu eius; s; ducem
ponā eum cunctis diebus uite sue:
ppter dauid seruū meū quē elegi. q̄
custodiuit mandata mea et pcepta

217
mea. Auferā autē regnū de manu fi-
lii eius: et dabo tibi decē tribus. Filio
autē eius dabo tribum unā: ut rema-
neat lucerna dauid seruo meo cūctis
diebus coram me. in iherlm ciuitate quā
elegi ut eēt nom̄ meū ibi. Te autē as-
sumā: et regnabis sup omnia que de-
siderat anima tua: erisq; rex sup isrl.
Si igitur audieris oīa que pcepēro
tibi. et ambulaueris in uis meis. et fe-
ceris qd rectum ē corā me. custodiēs
mandata mea et pcepta mea sicut fe-
cit dauid seruus meus: ero tecum. et
edificabo tibi domū fidele quom̄ edi-
ficauit domū dauid. et tradā tibi isrl
et affligam sem̄ dauid sup hoc: ue-
ritamen n̄ cunctis diebus. Voluit q;
salomon: interficere ieroboam. Qui sur-
rexit et aufugit in egiptū ad sesach
regē egipti: et fuit in egipto usq; ad
mortem salomonis. Reliquū autē ū-
bor salomonis et omnia que fecit et
sapia eius: ecce uniuēsa scripta sunt
in libro ūbor salomonis. Dies autē
quos regnauit salomon in iherlm
sup omnē isrl: quadraginta anni s̄.
Dormiuitq; salomon cum patrib; su-
is: sepultusq; est in ciuitate dauid
patris sui. Regnauitq; ieroboam fili-

Ceus: pro eo. **XII**
Uenit autē ieroboam in sychem:
illuc enī congregatus erat om̄s isrl:
ad constituendum eū regem. At uō
ieroboam fili nabath cum adhuc eēt
in egipto. p̄fugus a facie salomonis
regis: audita morte eius. reuēsus ē
de egipto. Misericorditerq; et uocauit
eum. Venit q; ieroboam. et omnis

multitudo isrl: et locuti sunt ad ro-
 boam. dicentes. Pater tuus durissimū
 iugum iposuit nobis. Tu itaq; nūc
 iminue paululū de impio patris tui
 durissimo. et de grauisimo iugo qd'
 imposuit nobis: et seruemus tibi.
Qui ait eis. Ite usq; ad tercū diem:
 et reuertimini ad me. Cūq; abisset po-
 pls; inuit consiliū rex roboam cū se-
 niorib; qui assistebant corā salomo-
 ne patre eius. dum adhuc uiueret:
 et ait. Quid mī datis consilium. ut
 respondeam pplō. **Qui dixerunt ei.**
Si obedieris hodie pplō huic et ser-
ueris. et petitioni eorū cesseris. locut-
q; fueris ad eos ūba lenia: erunt tē
serui cunctis dieb;. Qui dereliquit
 consiliū senū qd' dederant ei: et ad-
 hibuit adolēcentes qui nutriti fue-
 rant cū eo. et assistebant illi: dixitq;
 ad eos. **Quid mī datis consiliū ut res-**
pondeam pplō huic. qui dixit mī. le-
uius fac iugum qd' imposuit pater
tuus sup nos. Et dixerunt ei iuue-
 nes: qui nutriti fuerant cū eo. Sic
 loquere pplō huic qui locuti sūt ad te
 dicentes. pater tuus aggrauauit iu-
 gum nr̄m. tu releua nos: sic loq̄ris
 ad eos. **Minimus digitus meus:**
grossior ē dorso patris mei. Et nūc
 pater nr̄s posuit sup uos iugū gra-
 ue: ego autē addam sup iugū nr̄m.
 Pater nr̄s cecidit uos flagellis: ego
 autē cedam uos scorpionib;. Venit ḡ
 ieroboam et oīs popls ad roboam die
 tercio: sicut locutus fuerat rex. dices.
 Reuertimini ad me die t̄cia. Respon-
 ditq; rex pplō dura. derelicto psilio

senioꝝ qd' ei dederant: et locut' ē eis
 scdm̄ consiliū iuuenū. dicens. Pater
 nr̄s aggrauauit iugum nr̄m: ego
 autē addam iugo nr̄o. Pater nr̄s cecidit
 uos flagellis: ego autē cedam uos sco-
 pionib;. Et nō acquieuit rex pplō. qm̄
 auisatus fuerat eū dñs: ut suscita-
 ret uerbu suū qd' locutus fuerat in
 manu ahie filonite. ad ieroboam fi-
 liū nabach. **Uidens itaq; popls. qd'**
noluisset eos audire rex: respondit
ei dicens. Que nobis pars in dauid.
uel que hereditas in filio ysai. Reu-
 tere in tabnacula tua. isrl. **Hūc uide**
domū tuam. dauid. Et abiit isrl: in
 tabnacula sua. **Sup filios autē isrl**
quicūq; habitabant in ciuitatibus
uda: regnauit roboam. **Misit ḡ rex**
roboam aduram qui erat sup tribu
tū. Et lapidauit eum om̄s isrl: et
mortuus ē. Porro rex roboam festinū
 ascendit curru: et fugit in iherlm.
Recessitq; isrl a domo dauid: usq;
in p̄sentem diem. **Factū est autē cū**
audisset oīs isrl qd' reuultus eēt ierobo-
am. miserunt et uocauerūt eum con-
gregato cetū: et constituerunt eum
regem sup om̄ē isrl. **Acc securus ē**
quisq; domū dauid: p̄ter tribum
uida solam. **Venit autē roboam ihe-**
rlm. Et congregauit uniuersā domū
uida et tribum beniamin. centum
octoginta milia electoꝝ uiroꝝ et bel-
latoꝝ: ut pugnarent contra domū
isrl: et reducerēt regnū. roboam fi-
lio salomonis. **Fr̄us ē autē sermo dñi**
ad semeiam uirum dei: dicens. Loq-
re ad roboam filiū salomonis rege

iuda. et ad omnē domū iuda. et beniamin et reliquos de populo. dicens. Hec dicit dñs. Non ascendetis: neq; bellabitis contra frēs urōs. filios isrl. Reuertatur uir: in domū suā. A me enī sc̄m̄ est uerbū hoc. Audierūt sermone dñi: et reuēsi sunt de itinere: sicut eis preceperat dñs. Edificauit autē ieroboam sychem in monte ephraym: et habitauit ibi. Et egressus inde: edificauit phanuel. Dixitq; ieroboam: in corde suo. Nunc reuertetur regnū ad domū dauid si ascenderit popl̄s iste ut faciat sacrificia in domo dñi in iherlm̄. et conuertetur cor popl̄i huius ad dñm suū ieroboam regem iuda: interficientq; me. et reuertentur ad eū. Et excogitato consilio: fecit duos uitulos aureos. Et dixit eis. Nolite ultra ascendere in iherlm̄. Ecce dy tui isrl: qui eduxerūt te de terra egypti. Posuitq; unū in bethel: et alterum in dan. Et sc̄m̄ ē hoc uerbū in peccatū. Habat enī popl̄s ad adorandū uitulum: usq; in dan. Et fecit fana in excelsis: et sacerdotes de extremis popl̄i. qui nō erant de filiis leui. Constituitq; diem sollempnem in mense octauo quinquadecima die mensis: in similitudinē sollempnitatis que celebrabatur in iuda. Et ascendens altare. similiter fecit in bethel: ut immolaret uitulis quos fabricatus fuerat. Constituitq; in bethel: sacerdotes excelsorū que fecerat. Et ascendit sup altare qd̄ extruxerat in bethel quinquadecima die mensis octauī. quē finxerat de corde suo.

Et fecit sollempnitatē filijs isrl. Et ascendit sup altare: ut adoleret incensum. XII

218

Et ecce uir dei propheta cui abdo nomen est sicut in palippomenon fatetur uenit de iuda: in sermone dñi in bethel. ieroboam stante sup altare et thus iacente: et exclamauit contra altare in sermone domini: et ait. Altare altare: hec dicit dñs. Ecce filius nascetur domui dauid. iohias nōie: et immolabit sup te sacerdotes excelsorū qui nunc in te thura succendunt: et ossa hominū sup te incendet. Deditq; in die illa signū: dicens. Hoc erit signū: qd̄ locutus ē dñs. Ecce altare sc̄ndetur: et effundetur cinis qui in eo ē. Cumq; audisset rex sermone hominis dei. quē inelamauerat contra altare in bethel: extendit manū suam de altari. dicens. Apphen & dicit eū. Et exaruit manus eius quā extendat contra eū: nec ualuit retrahere eā ad se. Altare quoq; sc̄ssum ē. et effusus ē cinis de altari: iuxta signum qd̄ pdixerat uir dei in sermone dñi. Et ait rex: ad uirum dei. Deprecare faciem dñi dei tui. et ora p̄ me: ut restituatur manus mea mihi. Orauitq; uir dei faciem dñi. Et reuēsa est manus regis ad eū: et facta ē sicut prius fuerat. Locutus ē autē rex ad uirum dei. Veni mecū in domū ut prandeas: et dabo tibi munā. Responditq; uir dei: ad regē. Si dederis mihi mediam partē domus tue nō ueniam tecū: nec comedā panē neq;

bibam aquā in loco isto. Sic enī mā
 datum ē mī: in sermone dñi p̄cipi
 entis. Non comedes panē nec bibes
 aquam: nec reūteris p̄ uiam qua
 uenisti. Abijt ḡ p̄ aham uiam: et n̄
 ē reūsus p̄ iter quo uenāt in bethel.
 Prophetes aut̄ quidā senex. habita
 bat in bethel. Ad quē uenerunt filij
 sui: et narrauerūt ei omīa opa que fe
 cerat uir dei illa die in bethel: et ū
 ba que locutus fuāt ad regem. nar
 rauerunt patri suo. Et dixit eis pat̄
 eor̄. **P** quam uia abijt: Ostenderūt
 ei filij sui uiam: p̄ quā abierat uir
 dei qui uenerat de iuda. Et ait filij
 suis. **S**ternite mī asinum. Qui cū
 strauissent. ascendit: et abijt post
 uirum dei. Et inuenit eum sedentē
 subtus therebintū. Et ait illi. Tu
 nes uir dei. qui uenisti de iuda?
 Respondit ille. Ego sum. Dixitq; ad
 eum. **V**eni in domū mecum: ut co
 medas panē. Qui ait. Non possum
 reūti neq; uenire tecū: nec comedā
 panē nec bibam aquā in loco isto: q̄a
 locutus ē dñs ad me in sermone dñi.
 dicens. Non comedes panem et nō
 bibes aquā ibi: nec reūteris p̄ uiam
 qua ieris. Qui ait illi. Et ego sum
 p̄phā similis tui: et angl̄s locutus ē
 michi in sermone dñi. dicens. Reduc
 eum tecū in domū tuā: ut comedat
 panē et bibat aquā. **S**refellit eū: et
 reduxit secum. Comedit ḡ panem
 in domo eius: et bibit aquam. Cūq;
 sederet ad inſam: fr̄s est sermo dñi
 ad p̄phā qui reduxerat eū: et excla
 mauit ad uirum dei qui uenerat de

uida. dicens. **H**ec dicit dñs. Quia n̄
 obediens fuisti ori dñi. et non custo
 disti mandatū qd̄ p̄cepit tibi dñs d̄s
 tuus. et reūsus es. et comedisti panē
 et bibisti aquā in loco in quo p̄cepi
 tibi ne comederes panē neq; biberes
 aquā: nō inferetur cadauer tuū in
 sepulchrū patrū tuor̄. Cūq; come
 distet et bibisset: strauit asinū suū
 p̄phā quē reduxerat. Qui cū abisset:
 inuenit eū leo in uia: et occidit. Et
 erat cadauer eius. p̄iectum ī itinere.
 Asinus aut̄ stabat iuxta eū: et leo
 stabat iuxta cadauer. Et ecce uiri
 transeuntes. uiderunt cadauer ei
 p̄iectum in uia: et leonē stantem
 iuxta cadauer. Et uenerūt. et diuul
 gauerūt in ciuitate: in qua p̄ph̄s
 ille senex habitabat. **Q**d cum
 audisset p̄phā ille qui reduxe
 rat eum de uia: ait. **V**ir dei est qui ino
 bediens fuit ori dñi: et tradidit eū
 dñs leoni. Et confregit eū ⁊ occidit:
 iuxta ūbum dñi qd̄ locutus est ei.
 Dixitq; ad filios suos. **S**ternite mī
 asinū. Qui cū strauissent. et ille a
 bisset: inuenit cadauer ei p̄iectum
 in uia. et asinū et leonem. **S**tantes
 iuxta cadauer. Et n̄ comedit leo de
 cadauere: nec lesit asinū. **T**ulit ḡ
 p̄ph̄s cadauer uiri dei. ⁊ posuit illud
 sup̄ asinū: et reūsus intulit in ciui
 tatem p̄phete senis: ut plangerent
 eū. Et posuit cadauer eius in sepul
 chro suo: et planxerunt eū. **H**eu heu
 mi fr̄. Cūq; planxissent eum: dixit
 ad filios suos. **C**ū mortuus fuero se
 pelite me in sepulchro. in quo uir d̄i

sepultus ē iuxta ossa eius: ponite
 ossa mea. **P**fecto enī ueniet sermo quē
 p̄tulerit in sermone dñi. contra altare
 quod est in bethel: et contra omnia fana
 excelsoꝝ que sunt in urbibꝫ samarie.
Post uerba hec n̄ est reuſus ieroboam
 de uia sua pessima: s; ē contrario fecit
 de nouissimis ppli sacerdotes excelsoꝝ.
Quicūq; uolebat. implebat manum
 suā: et fiebat sacerdos excelsoꝝ. **E**t p̄
 ter hanc causam peccauit domus iero
 boam: et eūsa ē. et delera de superficie t̄re.
In tēp̄e illo: egrotauit abia **XIII**
 filius ieroboam. **D**ixitq; ieroboam
 uxori sue. **S**urge et cōmūta habitū.
 ne cognoscaris quod sis uxor ieroboam:
 et uade in sylo ubi ē ahia p̄ph̄a. qui
 locutus ē m̄. quod regnaturus ēem sup
 hunc pplm. **T**olle quoq; in manu
 tua decem panes. et crustulā et uas
 mellis: et uade ad illum. **I**p̄e indica
 bit tibi: quid euenturū sit huic pue
 ro. **F**ecit ut dixerat ieroboam uxor.
Et consurgens abiit in sylo: et uenit
 in domū ahie. **A**t ille n̄ poterat ui
 dere: quia caligauerant oculi eius
 p̄ senectute. **D**ixit autē dñs ad ahiam.
Ecce uxor ieroboam ingreditur: ut
 consular te sup filio suo. qui egrotat.
Hec et hec loqueris ei. **C**um ergo illa
 intraret et dissimularet se esse que
 rat: audiuit ahias somitū pedum
 eius introeuntis postū: et ait. **I**n
 gredere uxor ieroboam. **Q**uare te
 ahiam ēē simulas? **E**go autē missus
 sum ad te: durus nuncius. **V**ade: et
 dic ieroboā. **H**ec dicit dñs. deus isrl̄.
Quia exaltaui te de medio ppli. et

dedi te ducem sup pplm meū isrl̄. et
 scidi regnū domus dauid et dedi illd
 tibi. et nō fuisti sicut seruius m̄s dauid
 qui custodiuit mandata mea et secut⁹
 ē me in toto corde suo. faciens quod pla
 citum ēēt in conspectu meo. s; opatus
 es male sup om̄s qui fiānt ante te. et
 fecisti tibi deos alienos. et conflatales
 ut me ad iracundiā puocares. me
 autē peccasti post corpus tuū: idcirco
 ecce ego inducam mala sup domū ier
 oboam: et p̄cutiam de ieroboā m̄n
 gentē ad parietē. et clausum et nouis
 simū in isrl̄. **E**t mundabo reliquias
 domus ieroboam: sicut mūdari solz
 finius usq; ad putū. **Q**ui mortui fu
 erunt de ieroboam in ciuitate. come
 dent eos canes: qui autē mortui fue
 rint in agro. uorabunt eos aues celi:
 quia dñs locutus ē. **T**u igitur surge:
 et uade in domū tuam. **E**t in ip̄o in
 t̄ritu pedum tuorū in urbem mone
 tur puer: et planget eū om̄s isrl̄. et
 sepeliet. **I**ste enī solus inferetur de ier
 oboam in sepulchrū: quia inuētus
 ē sup eū sermo bonus ad dñm dñm isrl̄.
In domo ieroboam. **C**onstituēt autē
 sibi dñs regē sup isrl̄: qui p̄cutiat do
 mū ieroboam in hac die. et in hoc tēp̄e.
Et p̄cutiet dñs isrl̄ sicut moueri solz
 harundo in aqua: et euellet isrl̄ de
 terra bona hac quam dedit patribꝫ
 eorū. et uentilabit eos transflumen:
 quia fecerunt sibi lucos ut irretarēt
 dñm. **E**t tradet dñs d̄s isrl̄ p̄p̄t̄ā
 ieroboam: qui peccauit. et peccare
 fecit isrl̄. **S**urrexit itaq; uxor ierobo
 am. et abiit: et uenit in thersa. **C**ūq;

illa ingrederetur limen domus: puer mortuus est. Et sepelierunt eum. Et planxit illud omnis israel: iuxta sermonem domini quem locutus est in manu secui sui alieph. Reliqua autem uerborum ieroboam quomodo pugnauerit et quomodo regnauerit: ecce scripta sunt in libro uerborum dierum regum israel. Dies autem quibus regnauit ieroboam: uiginti duo anni sunt. Et dormiuit cum patribus suis. Regnauitque nadab filius eius: pro eo. Porro ieroboam filius salomonis regnauit in iuda. Quadraginta et unius anni erat ieroboam cum regnare cepisset: et decem et octo annis regnauit in iherusalem: ciuitate quam elegit dominus ut poneret nomen suum ibi. ex omnibus tribubus israel. Nomen autem matris eius naama amanitis. Et fecit iudas malum coram domino: et irritauerunt eum super omnibus que fecerunt patres eorum in peccatis suis que peccauerunt. Edificauerunt enim et ipsi sibi aras et statuas et lucos: super omnem collem excelsum. et subter omnem arborem frondosa. Et effeminati fuerunt in terra. Feceruntque omnes abominaciones gentium: quas accituit dominus ante faciem filiorum israel. In quinto autem anno regni ieroboam. ascendit sesac rex egypti in iherusalem. et tulit thesauros domus domini et thesauros regios. et uniuersa diripuit: scuta quoque aurea que fecerat salomon. Pro quibus fecit rex ieroboam scuta eenea: et tradidit ea in manu ducum scutariorum: et eorum qui excubabant ante ostium domus regis. Cumque ingredere-

tur rex in domum domini. portabant ea que preuendi habebant officium: et postea reportabant ad armamentarium scutariorum. Reliqua autem sermonum ieroboam et omnia que fecit: ecce scripta sunt in libro uerborum dierum regum iuda. Fuitque bellum inter ieroboam et ieroboam: cunctis diebus. Dormiuitque ieroboam cum patribus suis: et sepultus est cum eis in ciuitate dauid. Nomen autem matris eius naama ammanitis. Et regnauit abia filius eius: pro eo. **XV** Regitur in octauo decimo anno regni ieroboam filii nabath: regnauit abia super iudam. Tribus annis regnauit in iherusalem. Nomen matris eius maacha: filia abialon. Ambulauitque in omnibus peccatis patris sui que fecerat ante eum: nec erat cor eius perfectum cum domino deo suo. sicut cor dauid patris eius. Sed propter dauid dedit ei dominus deus suus lucernam in iherusalem. ut suscitaret filium eius post eum: et staret iherusalem: eo quod fecisset dauid rectum in oculis domini. et non declinasset ab omnibus que precepit ei cunctis diebus uite sue. excepto sermone uitae echer. Attamen bellum fuit inter abia et ieroboam: omni tempore uite eius. Reliqua autem sermonum abia et omnia que fecit: nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum iuda. Fuitque prelium inter abia et ieroboam. Et dormiuit abia cum patribus suis: et sepelierunt eum in ciuitate dauid. Regnauitque asa filius eius pro eo. In anno uero uicesimo ieroboam regis israel regnauit asa rex iuda: et quadraginta uno anno regnauit in iherusalem.

Nonn matr̄ ei maacha filia abel
 salon. Et fecit asa rectum ante con-
 spectu dñi: sicut dauid pater ei. Et
 abstulit effeminatos de terra: pur-
 gavitq; uniuersas sordes ydolorū que
 fecerant patres ei. Insuper et maacha
 matrē suam amouit ne eēt princeps
 in sacris priapi: in loco eius quem
 consecrauerat. Subiicitq; specum ei:
 et confregit simulachru turpissimu
 et combussit in torrente cedron: excel-
 sa autē nō abstulit. Verū tamen cor
 asa pfectum erat cum dño deo suo:
 cunctis dieb; suis. Et intulit ea que
 sacrificauerat pater suus et uouerat. i
 domu dñi: argentū et aurū et uasa.
 Bellum autē erat int̄ asa et baasa re-
 gem isrl: cunctis dieb; eorū. Ascendit
 quoq; baasa rex isrl in iudam: et edi-
 ficauit rama: ut si posset quispiam
 egredi uel ingredi de parte asa regis
 inde. Tollens itaq; asa omne argentū
 et aurum qd remanserat in thesau-
 ris domus dñi et in thesauris domū
 regie: dedit illud in manus seruoꝝ
 suorū: et misit ad benadab filiū tabre-
 mon filij ezion regem syrie qui ha-
 bitabat in damasco. dicens. Fedus ē
 inter me et te: et int̄ patrem meū et
 patrem tuū. Ideo misi tibi numera
 aurū et argentū: et peto ut uenias.
 et irritum facias fedus qd habes cū
 baasa rege isrl: et recedat a me. Acq̄
 escens benadab regi asa. misit pnci-
 pes exercitus sui in ciuitates isrl: et
 pusserunt ahion. et dan. et abel do-
 mu maacha. et uniuersam ceneroth.
 omne scilicet iram neptalim. Et

220
 cū audisset baasa. int̄misit edifica-
 re rama: et reuersus ē in thesa. Rex
 autē asa misit nunciū in omnē iu-
 dam: dicens. Nemo sit excusatus.
 Et tulerunt lapides de rama et lig-
 na eius. quib; edificauerat baasa:
 et extruxit de eisdem rex asa gabaā
 beniamin. et maspha. Reliqua autē
 omnium sermonū asa et uniuerse for-
 titudines eius. et cuncta que fecit. et
 ciuitates quas extruxit: nōne hec
 scripta sunt in libro uerborū dierum
 regum iuda. Jerūtamen i tempe
 senectutis sue: doluit pedes. Et dor-
 miuit cū patrib; suis: et sepultus ē
 cū eis. in ciuitate dauid patris sui.
 Regnauitq; iosaphat filius ei: p̄ eo.
 Nadab uō filius ieroboā regnauit
 sup isrl. anno scdo asa regis iuda: re-
 gnauitq; sup isrl duob; annis. Et fe-
 cit qd malum ē in conspectu dñi: et
 ambulauit in uis patris sui. et in
 peccatis eius quib; peccare fecit isrl.
 Infidatus ē autē ei baasa fili alia
 de domo ysachar: et percussit eū in geb-
 bethon que est urbs philistinorū. Si-
 quidē nadab et oīs isrl: obsidebant
 gebbethon. Insecuit igit̄ illū baasa i
 anno t̄cio asa regis iuda: et regnauit
 p̄ eo. Cumq; regnasset: percussit omne
 domu ieroboā. Non dimisit ne unā
 quidē aiām de semine ei. donec deleteret
 eum. iuxta ūbum dñi qd locut̄ fuit
 in manu serui sui ahie silonitis: p̄
 ter peccata ieroboā que peccauerat
 et quib; peccare fecerat isrl. et p̄pter
 delictum quo irritauit dñm deū
 isrl. Reliqua autē sermonū nadab.

et omnia que opatus ē. nonne hec scripta sunt in libro uerborū diez regum isrl. Fuitq; bellum int̄ asā et baasā regem isrl. cunctis dieb; eorū. Anno t̄cio asā regis iuda. regnauit baasā filius ahiā sup omne isrl in thersa. iugum q̄tuor annis. Et fecit malū coram dño. Ambulauitq; in uis ieroboā et in peccatis eius quib;

F peccare fecit isrl. **XVI**
Factus ē autē sermo dñi ad iheū filiū anani contra baasā. dices. Pro eo qd̄ exaltaui te de puluē. et posui duceū sup pplm meū isrl. tu autē ambulasti in uia ieroboā. et peccare fecisti pplm meū isrl ut me irritares in p̄cis eorū. ecce ego demetā posteriora baasā. et postiora domus eius. Et faciā domū tuam. sicut domū ieroboā filij nabach. Qui mortuus fuit de baasā in ciuitate. comedent eū canes. Et q̄ mortuus fuit ex eo in regione. comedent eū uolucres celi. Reliqua autē sermonū baasā et quęcūq; fecit. et p̄lia eius. nonne hec scripta sunt in libro uerborū diez regum isrl. Dormiuit q; baasā cum patrib; suis. sepultq; est in thersa. Et regnauit hela filius ei. p̄ eo. Cū autē in manu iheū filij anani p̄phē uerbum dñi fecim̄ eēt. contra baasā et contra domū eius et cōtra omne malum qd̄ fecerat coram dño. ad irritandū eum in opib; manūū suaz ut fieret sicut domus ieroboam. ob hanc causam occidit eū. hoc est iheū filiū anani p̄pham. Anno uicesimo sexto. asā regis iuda. regnauit hela filius baasā sup isrl in thersa. duob;

annis. Et rebellauit contra eū seruis suus zamri. dux medie partis equitū. Erat autē hela in thersa. bibens et temulentus. in domo asā p̄fecti thersa. Fruens q; zamri. percussit et occidit eū anno uicesimo septimo asā regis iuda. et regnauit p̄ eo. Cūq; regnasset et sedisset sup solium eius. percussit omnē domū baasā. et nō dereliquit ex ea mungentē ad parietem. et p̄p̄n quos et amicos eius. Deleuitq; zamri. omnē domū baasā. iuxta uerbū dñi qd̄ locutus fuit ad baasā in manu iheū p̄phē. p̄pter uniuersa p̄ccā baasā. et peccata hela filij eius. qui peccauerunt et peccare fecerunt isrl. puocantes dñm dñm isrl in uanitatib; suis. Reliqua autē sermonū hela et omnia que fecit. nonne hec scripta sunt in libro uerborū diez regum isrl. Anno uicesimo septimo asā regis iuda. regnauit zamri septem dieb; in thersa. Porro exercitus obsidebat gebberhō. urbem philistinorū. Cumq; audisset rebellare zamri et occidisse regē. fecit sibi regem oīs isrl amri qui erat p̄nceps militie sup isrl in die illa. in castris. Ascendit q; amri et oīs isrl cū eo de gebberhō. et obsidebant thersa. Videns autē zamri qd̄ expugnanda eēt ciuitas. ingressus ē palatiū et succendit se cū domo regia. et mortuus ē in peccatis suis que peccauerat. faciens malum corā dño. et ambulans in uia ieroboā. et in peccato eius quo fecit peccare isrl. Reliqua autē sermonū zamri et insidiarū eius et tyrannidis. nonne hec scripta sunt in libro

libor dixer regum isrl. Tunc diuisus
est ppls isrl: in duas partes. Media
pars ppi sequebatur thebin filium
ginech. ut constituerent eū regē: et
media pars amri. Preualuit autē
ppls qui erat cum amri: ppls qui seq-
batur thebin filiu ginech. Mortuusq;
ē thebin: et regnauit amri. Anno tri-
cesimo pmo asa regis iuda: regnauit
amri sup isrl duodecim ānis. In the-
sa: regnauit sex annis. Cunctq; monte
samarie a somer. duob; talentis ar-
genti: et edificauit eū. Et uocauit
nomē ciuitatis quā extruxerat nōie
somer: id est dñi montis samarie. Fe-
cit autē amri malū in conspectu dñi:
et opatus ē nequiter sup omnes q;
fuerunt ante eū. Ambulauitq; in
omni uia ieroboam filij nabath. et ī
peccatis ei quib; peccare fecerat isrl:
ut irretaret dñm dñm isrl in uanita-
tib; suis. Reliqua autē sermonū amri
et pha eius que gessit: nōne hec sc̄p-
ta sunt in libro uerbor dier regum
isrl. Dormiuitq; amri cum patrib;
suis: et sepultus ē in samaria. Reg-
nauitq; achab filius eius p eo. Achab
uō filius amri regnauit sup isrl: an-
no tricesimo octauo asa regis iuda. ⁊
regnauit achab filius amri sup isrl
in samaria: uiginti duob; ānis. Et
fecit achab filius amri malū in con-
spectu dñi: sup om̄s qui fuerūt ante
eum. Nec suffecit ei qd ambularet in
peccatis ieroboā filij nabath: in sup
duxit uxore iezabel filiā methbaal
regis sydonioy. Et abijt. et seruauit
baal: et adorauit eū. Et posuit arā

baal in templo baal qd edificauerat
in samaria: et plantauit lucum. Et
addidit achab in opere suo irritans
dñm dñm isrl: sup om̄s reges isrl q;
fuerunt ante eum. In dieb; autē eius:
edificauit ahiel de berthel iericho. In
abiram p̄mitiuo suo fundauit eam:
et in segub nouissimo suo. posuit por-
tas eius: iuxta ūbum dñi qd locutus
fuit in manu iosue filij nun. **XVII**

Et dixit helias thesbithes de ha-
bitatorib; galaad: ad achab. ⁊ Ji-
uit dñs d̄s isrl in cuius consp̄u sto:
si erit annis hys ros et pluuia. nisi
iuxta oris mei ūba. Et sc̄m ē uerbu
dñi ad eum: dicens. Recede hinc. et
uade contra orientē: et abscondere ī
torrente carith. qui ē contra iordanē:
et ibi de torrente bibes. Coruisq; p̄-
cepi: ut pascant te ibi. Abijt ergo: ⁊
fecit iuxta ūbum dñi. Cūq; abisset.
sedit in torrente carith: qui est cont̄
iordanē. Corui quoq; deferebant ei pa-
nē et carnes mane: similis panem ⁊
carnes uespi: et bibebat de torrente.
Post dies autē siccatus ē torrens: nō
enī pluerat sup terrā. Factus ē igit̄
sermo dñi ad eum: dicens. Surge et
uade in sareptā sydonioy: et mane-
bis ibi. Precepi enī ibi mulieri ui-
due: ut pascat te. Surrexit: ⁊ abijt
in sareptā. Cūq; uenisset ad portā
ciuitatis: apparuit ei mulier uidua.
colligens ligna. Et uocauit eā: dix-
itq; ei. Da m̄ paululū aque ī uase:
ut bibam. Cūq; illa pgeret ut af-
ferret: clamauit post tergum ei. di-
cens. Affer m̄ obsecro et buccellā pa-

nis: in manu tua. Que respondit. **U**iuu dñs dñs tuus quia nō habeo panē nisi quantū pugillus capere potest farine in ydria: et paululū olei in lechito. **E**n colligo duo ligna: ut ingrediar et faciam illud in et filio meo: ut comedam et moriamur. **A**d quā heliās ait. Noli timere: sed uade: et fac sicut dixisti. **V**erūtānī in primū fac de ipā farinula subcineritiū panē paruulū: et affer ad me. **T**ibi autē et filio tuo: facies postea. **H**ec autē dicit dñs dñs isrl. **Y**dria farine nō deficiet nec lechitus olei minuetur: usq; ad diem in qua daturus ē dñs pluuiā sup faciem t̄re. **Q**ue abijt: et fecit iuxta ūbū heliē. **E**t comedit ipse: et illa et domus ei. **E**t ex illa die ydria farine nō defecit: et lechitus olei nō est iminutus: iuxta ūbū dñi qđ locutus fuerat in manu heliē. **F**actum ē autē post uerba hec: egrotauit filiū mulieris matrisfamilias. **E**t erat languor fortissimus: ita ut nō remaneret in eo alitus. **D**ixit ḡ ad heliam. **Q**uid in et tibi uir dei? **I**ngressus es ad me ut rememorarentur iniquitates mee: et interficeres filiū meū. **E**t ait ad eam heliās. **D**a mī filiū tuū. **T**u litq; eū de sinu eius: et portauit in cenaculū ubi ipē manebat: et posuit sup lectulū suū. **E**t clamauit ad dñm: et dixit. **D**ñe dñs n̄s: etiā ne uiduā apud quā ego ut cūq; sustentoꝝ affixisti: ut interficeres filiū eius? **E**t expandit se atq; insus ē sup puerū trib; uicib;: et clamauit

ad dñm. et ait. **D**ñe dñs n̄s: reuertatur obsecro aīa pueri hui in uiscera eius. **E**xaudiuit dñs uocem helye: et reuēsa ē anima pueri intra eū: et reuixit. **T**u litq; heliās puerū: et deposuit eū decenaculo in inferiorem domū: et tradidit matri sue. **E**t ait illi. **E**n filiū tuus uiuit. **D**ixitq; mulier ad heliā. **N**unc in isto cognoui qm̄ uir dī es tu: et uerbum dñi in ore tuo uerum est.

Post multos dies: **XVII** **P**ost multos dies: **F**ecm̄ ē uerbu dñi ad heliam in anno tercio: dicens. **V**ade: et ostende te achāb: ut dem pluuiā sup faciem t̄re. **F**uit ergo helyas: ut ostenderet se achāb. **E**rat autē fames uehemens: in samaria. **V**ocauitq; achāb abdiā: dispensatorē domus sue. **A**bdias autē: timebat dñm ualde. **N**am cū interficeret rezelabel pphas dñi: tulit ille centum pphas: et abscondit eos quinquagenos: in speluncis: et paut eos pane et aqua. **D**ixit ḡ achāb: ad abdiā. **V**ade in terram ad uniuersos fontes aquarū: et in cunctas ualles: si forte possimus inuenire herbā: et saluare equos et mulos: et nō penit uimta intēreant. **D**iuulerūtq; sibi regiones: ut circuitent eas. **A**chāb ibat p uiam unā: et abdiās p alterā seorsum. **C**ūq; eēt abdiās in uia: heliās occurrit ei. **Q**ui cū cognouisset eum: cecidit sup faciem suā: et ait. **N**um tu es dñe mi helyas? **C**ui ille respondit. **E**go. **V**ade dic dño tuo. **A**dest helyas. **E**t ille: quid peccauit inquit: qm̄ tradis me seruū tuū in manu achāb: ut interficiat me? **U**iuu

dñs d's tuus. n̄ est gens aut regnū.
 quo n̄ miserit dñs n̄s. te requirens.
 Et respondentib; cunctis n̄ est hic. ad
 irauit regna singula et gentes: eo
 qđ minime reperiretis. Et nūc dicas
 m̄. uade ⁊ dic dño tuo. adest helyas.
 Cumq; recessero a te: sp̄s dñi aspor
 tabit te in locum quē ignoro ego. Et
 ingressus nuntiabo achab: et nō in
 ueniens te. inficiet me. Seruus aut
 tuus timet dñm: ab infancia sua.
 Numquid nō indicatum ē tibi a dño
 meo quid fecerim cū inficeret reza
 bel. p̄has dñi. qđ absconderim de p
 phetis dñi centum uiros quingage
 nos et quingagenos in speluncis. et
 pauperim eos pane et aqua. et nunc
 tu dicas. uade. et dic dño tuo adest
 helyas. ut inficiat me. Et dixit he
 lyas. **U**iuat dñs exercitū ante cui
 uultum sto: quia hodie apparebo ei.
 Abijt ḡ abdias in occursum achab:
 et indicauit ei. Venitq; achab: in oc
 cursū helye. Et cū uidisset eum: ait.
 Tu ne es ille qui conuocabas isrl̄. Et
 ille ait. Non ego turbauit isrl̄. s; tu et
 domus patris tui: qui dereliquistis
 mandata dñi. et secuti estis baalim.
Uerūtamen nūc mitte et congrega
 ad me uniuersum isrl̄ in monte car
 meli: et p̄has baal quadringentos
 et quingaginta. p̄hasq; lucor qua
 dringentos qui comedunt de mensa
 rezabel. **M**isit achab ad omnes filios
 isrl̄: et congregauit p̄has in monte
 carmeli. **A**ccedens autē helyas ad
 omnē plm̄: ait. **U**squequo claudica
 tis in duas partes. **S**i dñs est d's.

sequimini eū: si autē baal: sequimini il
 lum. **E**t n̄ respondit ei pl̄s uerbū.
Et ait rursum helyas: ad plm̄. **E**go
 remansi p̄pha dñi solus: prophete autē
 baal. quadringenti et quingaginta:
 p̄phet̄ lucor. quadringenti uiri sūt.
Dentur nobis duo boues: et illi eli
 gant bouem unū et in frustra ceden
 tes sup ligna ponant: ignē autē nō
 subponant. **E**t ego faciam bouē al
 terum: et imponā sup ligna: ignēq;
 nō subponā. **I**nuocate nomina deor
 ur̄or: et ego inuocabo nom̄ dñi: ⁊ d's
 qui exaudierit p̄ ignem: ip̄e sit d's.
Respondens omnis pl̄s: ait. **O**pti
 ma propositio. **D**ixit ḡ helyas: p̄phetis
 baal. **E**ligite uobis bouē unum: et
 facite p̄mi quia uos plures estis. et
 inuocate nom̄a deor ur̄or: ignemq;
 nō subponatis. **Q**ui cū tulissent bo
 uem quē dederat eis: fecerunt. **E**t
 inuocabāt nom̄ baal de mane usq;
 ad meridiē: dicentes. **B**aal: exaudi
 nos. **E**t nō erat uox: nec qui respon
 deret. **T**ransiiebantq; altare: quod
 fecerant. **C**ūq; iam esset meridies:
 illudebat eis helyas. dicens. **C**lamate
 uoce maiore: d's enim ē. et forsitan
 loq̄tur. aut in diuiso est aut in tri
 nere. aut certe dormit: ut excitetur.
Clamabant ḡ uoce magna: et inci
 debant se iuxta ritum suū cultris et
 lanceolis: donec p̄funderentur sang
 ne. **P**ostq̄m autē transiit meridies: ⁊
 illis p̄phantib; uenerat tempus quo
 sacrificiū offerri solet: nec audiebat
 uox: neq; aliq̄s respondebat nec attē
 debat orantes: dixit helyas oī pl̄o.

ZZZ

